que dampnis et ~~fl~~ore persolvit. Terras quoque castra et possessiones
obligatas infra paucos annos ad integritatem ecclesie mirabili indus-
tria revocavit. Paucas siquidem suo tempore habuit notabiles ipse do-
minus Hermannus guerras, quamvis lenibus sepe stimularetur in-
iuriis et adversis, prout in rebus prosperis non est rarum. Ipse nam-
que prudenter egit et advertit, quę dubiis casibus subiacet bellorum
eventus, et sumptuum quos guerre requirunt non est terminus
neque finis, incitamenta guerrarum quociens adversus ipsum
surrexerunt, multa paciencia dissimulavit, aliquando quidem adversita-
tes donativis sive pecuniis redimendo, memorans dictum sapien-
tis, quod melius est moerentibus dolores accommodare. quam inanem
continuis curis anxiari. Adhuc supportabant ipsum ad invasio-
nem hostilium aureorum, aliàs gaze rerum necessariarum, qui-
bus ipse super universos potentes et dominos ecclesie vicinos sive
conterminos presertim in vino et frumento et ceteris victualibus ex-
cellentius habundabant, quarum habundancia omnibus ne insurge-
ret fuit terror. Fuit siquidem statura procerus, corpore et as-
pectu pulcher, et in conversatione placabilis et tractabilis, in
negociis, consiliarius et expeditus, sermone facundus, ingenio
prudens et perspicacus, in status magnificencia glorioso, in
hospitalitate dapsilis atque magnificus, in gestu, habitu
et incessu ac morum gravitate plurimum venerandus. Inter
alios principum, quos propter suam consiliativam industriam
frequenter vocatus visitabat, plurimum honoratus fuit. Idem
etiam edificavit circa castrum Baude monasterium mino-
rum de observancia. Idem etiam ~~dominus~~ edificavit circa cast